

*Super Grammaticam*

382



*Iesus, Maria, Ioseph, cum Divis Tutelaribus.*

16

## Facti & Juris discursus.

P R O

**JOANNE PAULO SABATER**  
Agricola Villæ & Termini de  
Masquefa.

C U M

**PAULO ANTONIO FONS**  
Agricola Villæ de Piera.

*In causa Supplicationis.*

**REFERENTE NOB. DOMINO DOMNO IOSEPHO DE**  
*Costa, Regio Senatore meritissimo.*

*Actuario Forès.*



OCVM non esse manutentioni domus & hæreditatis Mansi Parellada, ejusque terrarum honorum & possessionum Termini de Masquefa, per adversam Pauli Antonij Fons prætensæ, contra hanc partem Joannis Pauli Sabater illius domini & possessoris, atque ita esse Regiam manutentionis provisionem à qua in melius commutandam, maximè ex novitè justificatis, non obstante *text.* *l. si quis conductionis, Cod. locat.* ex sequentibus notum fiet.

2 Nam, licet ab ipso Fons sit deductum & allegatum suis in articulis, & scedula oblatis 18. Januarij, 11. Martij, & 10. Junij labentis anni fol. 18. 35. & 36. telæ, pro justificatione dictæ suæ prætensæ manutentionis seu possessionis Mansi Parellada

A

cum

cum suis terris honoribus & possessionibus. *Primo*, quod ex instrumento recepto in posse Joannis Pauli Texidor Not. pub. vti regentis Notariam & Scribaniam publicas Bajuliæ Villæ & Termini de Piera 12. Decembris 1655. fol. 8. retro constat, Eulaliæ parellada viduam Jacobi Parellada Agricolæ ipsius Termini de Masquefa, Petrum Parellada ipsorum conjugum filium, & Eulaliæ Parellada istius uxorem, pro luendo quitando & redimendo quoddam censuale pretij 1200 ₧. & annuæ pensionis 60 ₧. ab eisdem matre, filio, & nuru Parellada respectivè venditum, & creatum, in favorem Josephi Fons Agricolæ dictæ Villæ de Piera, patris ipsius adversarij Fons, instrumento acto penes dictum Texidor 11. ejusdem mensis Decembris & anni 1655. & alia censualia ibidem expressa, nec non pro solvendo 80 ₧. laudimij infra scriptæ venditionis, ac subveniendis & succurrentis sibi aliquibus necessitatibus, vendidisse cum pacto retro vendendi, seu instrumento gratiæ redimendi mediante, eidem Josepho Fons & suis, &c. dictam domum & hæreditatem, vocatam Mansum Parellada, cum suis terris honoribus & possessionibus, pretio 1625 ₧. cum pactis & conditionibus (inter alia) quod in casu luitionis seu quitationis memoratae gratiæ redemptivæ ipsius Mansi Parellada, non remancisset pro luito dictum censuale pretij 1200 ₧. sed quod haberet regressum ipse Fons ad illius actiones & obligationes, & quod deberent etiam sibi solvere melioramenta & opera necessaria in eo forsitan facienda extra Banchum & Tabulam. *Item*, quod ex testibus per eum ministratis super suis articulis coram Ordinario Bajuli de Masquefa oblatis 19. Octobris 1711. fol. 32. retro constat, eum conductisse seu locasse ad partes Michaëli Sabater Agricolæ anno 1693. eundem Mansum Parellada cum suis terris & pertinentijs, per tempus quinquè annorum, & illius obitu sequuto, continuasse hanc partem Joannis Pauli Sabater, filij dicti Michaëlis, eandem conductionem seu locationem solvendo sibi partes fructuum ipsius Mansi & ejus terrarum. *Item*, quod ex confessione facta ab ipso Sabater, seu verius à suo Procuratore præsentí in lite constat, ipsummet Fons possedit dictum Mansum Parellada. *Item*, quod nec minus depositum 436 ₧. monetæ Barcinonæ factum per eundem Sabater, in Tabula communium depositorum

rum hujus Civitatis, pro pretio dicti instrumenti gratiae redemptivæ Mansi Parellada, foret integrum, ex quo ultra dictas 436  $\text{H}\varphi.$  monetæ Barcinonæ depositas, tenebatur etiam depolare pro ipso pretio 1200  $\text{H}\varphi.$  cum moneta aurei seu argenti ad rationem, scilicet, nummus aurei vulgo *dobra* 3  $\text{H}\varphi$  4  $\varphi.$  & nummus argenti 16  $\varphi.$  ratione pretij supradicti censualis proprietatis 1200  $\text{H}\varphi.$  Nec non 153  $\text{H}\varphi$  15  $\varphi.$  monete Barcinonæ pro operibus & melioramentis ab eo factis in domo & hereditate ipsius Mansi Parellada.

3 Quibus concludit idem adversarius Fons, quod tam tempore litis motæ, quam ante, & nunc extitisse hac esse in possessione seu quasi dicti Mansi Parellada; cum colonus partiarius seu conductor vel locator ad partes non pro se, sed pro suo domino locator possideat, & non possit adversus eum dominij & possessionis questionem referre, nisi fuerit prius restituta sibi re, & consequenter quod manuteneri in illa debet, lite hac pendente, ut provisum fuit in dicta Regia Provisione à qua, juxta relatum text. l. si quis conductionis, Cod. locat. ibi: Si quis conductionis titulo agrum, & vel quamcumque aliam rem accepit, possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare. Ut similitè scripsierunt Cancer part. I. cap. 14. à num. 84. Peguera decis. 164. tom. 1. Fonta. decis. 136. & 137. Nob. de Tristany decis. 56. num. 13. in fine, tom. 2. Merlin. Pignatel. controversial. for. renf. tom. I. cent. I. cap. 90. Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locat. definit. 2. Pacion. de locat. & conduct. cap. 65. à num. 48. & per tot. Post. de manuten. observatio. 54. tota, Menoch. de recurand. possess. remed. II. & de adipiscend. ferè per tot. Sperel. decis. 100. à num. 1. & seq. tom. 1. Cardin. Tuscus præt. conclus. liti. C. conclus. 608. num. I. & seq. Rubeus in annot. ad decis. 420. à num. 86. part. 4. tom. 2. recent. Cardin. de Luca de credito & debito discurs. 18. num. 9. tom. 8.

4 Tamen, his omnibus nihil obstantibus, contrarium in casu occurrenti proculdubio defendendum ac fatendum venit, videlicet, esse omnino repellendam diadem manutentionem ex adverso petitam, attenta illius facti veritate, & ejus veridicis circumstantijs plenissimè justificatis, & quidam tam de jure, quam ex justissima æquitate.

5 In primis de Iure, quia, & si regulatèr verum sit,

quod Colonus partiarius seu Conductor vel Locator ad partes, non pro se, sed pro ejus domino possideat, dum vere & propriè merus Colonus seu Conductor vel Locator est, ut restat firmatum, ita quoque certissimi juris est, quod ipse nudus Colonus seu Conductor vel Locator dicitur esse, pro ut in effectu est, in possessione ejusdem rei conductæ seu locatæ, illamque naturaliter possidet, ac detinet, & ratione istius naturalis possessionis, seu detentionis, status, ac custodiæ conceditur eidem colono seu conductori vel locatori manutentio rei locatæ, seu conductæ in diversis casibus, adversus ejus dominum, durante conductione seu locatione, per text. expressum l. 3. §. quod si servus, & l. si quis ante, 10. ff. de acq. posses. Ac docent in terminis Lopez in tract. de contractib. lib. 2. cap. 28. fol. 247. vers. Adde quod rem locans, &c. Giurba decis. 12. per tot. Cyriac. controvers. 389. à num. 2. & à num. 35. ad 50. tom. 2. Tiraquel. de retract. lignar. §. 1. glos. 14. num. 79. fol. 225. Sesse de inhibitio. cap. 6. §. 2. à num. 15. Vicecol. consule. forens. part. 2. cap. 92. à nu. 36. Gratian. decis. 91. num. 2. & decis. 132. à n. 13. idem Gratian. discept. forens. cap. 174. num. 25. tom. 1. Pacion. de locat. & conduct. cap. 21. num. 15. & cap. 28. num. 23. Post. de manuten. observatio. 16. à num. 11. & seq. observatio. 52. num. 17. & observatio. 59. num. 13. Fonta. decis. 136. à num. 15. & decis. 137 à num. 1. Et etiam post finitam locationem seu conductionem datur illis manutentio pro suis respectivè creditis, Nob. de Calderò decis. 102. nu. 18. tom. 2. ~~Fonta. decis. 545 nu. 15.~~ Pacion. de locat. & conduct. cap. 34. §. 3. à num. 48. & seq.

6 Consequenterque indubium est, quod huic parti Joannis Pauli Sabater, tempore quo fuit vere & propriè ac nudus colonus seu conductor vel locator ad partes præhabiti Mansi Parellada, ut ex adverso Pauli Antonij Fons supponitur, erat jam tunc temporis in possessione ipsius Mansi Parellada & ejus terrarum, naturaliterque illum possidebat, ac detinebat, & quod istius respectu etiam sibi competebant, suo in casu, dicta remedia possessoria, ex mero & solo coloniæ seu conductionis vel locationis titulo, Ut proximè laudati Patres, ac ceteri qui de ipsa materia ex professo tractant, concludent omnes.

7 Constat similiter ex testibus ministratis pro hac parte Joannis Pauli Sabater super 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. ex suis arti-

articulis oblatis in præsenti supplicationis causa 4. Maij curren-  
tis anni, qui leguntur à fol. 45. ad 54. retro, & altero ex capitu-  
lis nuptialibus innitis & firmatis inter ipsum Sabater, & Luciam  
Parellada nubilem 18. Januarij 1711. penes Doctorem Mathiam  
Solanes Presbyterum & rectorem dictæ Villæ Parochiæ & Ter-  
mini de Masquefa, & ex instrumento acto in posse Fœlicis  
Cortès Nott. pub. Barcinonæ noviter productis per ipsum Sa-  
bater in ejus deductione resolutiva oblata in præsenti suppli-  
cationis causa 17. currentis mensis Septembris, quæ ex se faciunt  
probationem probatam liquidam claram evidentem manifestam  
& notoriam, Bonden. colluet. legal. 21. num. 9. tom. 2. Ramon  
consil. 87. num. 19. Fonta. decis. 114. num. 4. Nob. de Tristany  
decis. 44. nu. 2. & 3. Nob. de Vilaplana de Brachio Militari, cap. 1.  
à num. 49. ad 53. Memoratum Antonium Parellada, ut filium &  
hæredeum relati Petri Parellada venditoris, & Vincentium Pa-  
rellada ejus filium, contemplatione ipsius matrimonij, & pro  
illius effectuatione (cum effectu celebrati) donasse, cessisse, &  
transtulisse eidem Joanni Paulo Sabater, eorum Generi & Cog-  
nato respectivè, totum jus luendi quitandi & redimendi dictam  
domum & hæreditatem Mansi Parellada cum suis terris & perti-  
nentijs, siti in Termino de Masquefa, ac etiam omnia jura &  
actiones eis competentia & spectantes, adversus & contra me-  
moratum Paulum Antonium Fons, tam pro recuperando &  
exigendo ab ipso Fons valorem omnium deteriorationum ac  
devastationum per eum factarum in domo & hæreditate ipsius  
Mansi Parellada, quam pro alijs quibuscumque causis & ra-  
tionibus, omni meliori modo, quod de jure fieri potuerunt ipsi  
pater & filius Parellada, cum jus luendi sine dubio vendere,  
donare, ac cedi potest, Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disput. 35.  
num. 38. Amato part. 1. resol. 19. num. 4. Casanate consil. 7. nu. 17.  
Mantica de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 32. nu. 13. & 17. tom. 1. Cy-  
riac. controvers. 308. nu. 50. & 51. Vrceol. consult. forens. cap. 59.  
num. II. & 12.

8 Atque ita, hanc partem Joannis Pauli Sabater, nedum  
jus quesitum habuisse ex tunc & habere, vigore dictæ dona-  
tionis ac cessionis, in præfato Manso Parellada, sed etiam &  
ipsum Mansum, saltem ministerio legis, suum habere dicitur,  
Tam ex quo ille qui jus luendi cedit, rem ipsam cedere videtur,  
l. qui

+ 83

l. qui actionem, ff. de reg. jur. l. fundi partem, ff. de contrah. empt. Giurba decis. 84. num. 14. Cæphal. consil. 460. nu. 24. & 25. Casanate consil. 10. num. 16. Amato part. 1. resol. 19. à num. 9. ad 12. ibi: *Tum quia jus luendi ad rem acquirens, sicut & vendens, rem ipsam habere videtur, &c.* Et paulo infra, ibi: *Tum etiam quia jus luendi cedens, rem ipsam cedere dicitur, & videtur tacite bona luere, eamque sic cessionario tradere, Cæphal. &c.* Item quia idem judicamus de re, quod de jure ad rem ipsam competens, l. ad dissolendum, Cod. de præ. minor. &c. Quam juxta illud dicterium: quod rem habere dicitur, qui habet actionem ad ipsam rem ( ut etiam præsenti in casu ) desumptum ex l. rem in bonis, ff. de acq. rer. domin. & l. qui actionem, ff. de reg. jur. Tiraquel. de retract. convent. §. 2. glos. 1. num. 6. 7. & 8. Barbosa tract. var. axiom. 9. num. 10. Gratian. discept. forens. cap. 136. num. 5. Bonden. colluct. legal. 30. num. 51. tom. 2. Casanate consil. 10. num. 15. vers. Tamen quia is qui habet actionem ad rem, rem ipsam habere videtur, &c. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disput. 35. sub num. 20. ibi: *Tum quia qui habet actionem ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, l. qui actionem 15. &c.*

~~X~~ 9 Constat pariter ex duobus requisitionis instrumentis receptis penes Hieronymum Sastre Nott. pub. dictæ Villæ de Piera sub diebus 18. Februarij, & 10. Maij 1711. fol. 18. & 13. retro, eundem Joannem Paulum Sabater, in sequendo Fonta. decis. 69. num. 2. & Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locat. defi. 10. circa medium, ibi: *Sed & si ponas locatum fundum, aut ea lege acquisitum locatori fuisse, ut eum retrovendere cogeretur illi ipsi, cui subinde locaverit, aut pignoris tantum jure, ut plerumque fit, possessum, nihil prohibet quo minus possit conductor ex locatione conventus luere pignus, aut rem redimere. Non enim locatori injuriam facere videri potest, aut mutare sibi causas possessionis, quia jure suo vtitur. Ita Senatus, &c.* Et in executionem ac obseruantiam præexpressi pacti solvendi pretium dictæ venditionis cum suis accessorijs extra Banchum & Tabulam, statim celebrato cum effectu dicto ejus matrimonio, accessisse in præfatis respectivè diebus ad domum propriæ habitationis adversæ Pauli Antonij Fons, vna cum dicto Sastre Nott. & testibus ad id vocatis, & post quam in eorum præsentia fuit per eundem Notarium, ad instantiam & requisitionem istius partis de Sabater,

ostenz

ostensum & lectum more solito dicto Fons præsenti me-  
 moratum suum titulum præchalendaæ donationis & cessionis  
 juris luendi Mansi Parellada cum illius inclusionibus, ac etiam  
 ostensas & numeratas dictas 425 H. P. pretij relatæ venditionis  
 gratiæ redemptivæ, cum promissione solvendi pentiones dicti  
 censualis 1200 H. P. & ejus premium in casu luitionis, ut erat  
 pactatum & conventum in instrumento illius, nec non emne id  
 quod pro operibus & melioramentis forsan expendisset in domo  
 & hæreditate ipsius Mansi Parellada, faciendo eidem Fons, ad  
 istum effectum, ostensionem alterius pecunie quantitatis, in ip-  
 sorum met Notarij & testium præsentia; requisivisse & interpel-  
 lasse ipsi Fons semel, bis, & ter quatenus sibi ficeret & firmaret  
 retrovenditionis instrumentum dicti Mansi Parellada, ejusque  
 terrarum honorum & possessionum, & similiter quod diceret &  
 explicaret opera & melioramenta si forte habebat super eodem  
 Manso, offerendo sibi solvere ac tradere in continentia tam  
 dictas 425 H. P. pretij, quam omne in quod pro dictis operibus  
 & melioramentis legitimè constaret sibi deberi, aliter enim  
 protestabat deponere dictas quantitates in Bancho seu Tabula,  
 & de omnibus remedij de jure sibi competentibus, pro dicta  
 retrovenditione obtainenda, cum refectione omnium expensa-  
 rum ac dannorum, &c. Et non obstante quod dicta realis &  
 effectiva pecunie oblatio facta cum præhabita promissione sol-  
 vendi pentiones dicti censualis, & ejus premium in casu luitio-  
 nis, acceptari debebat per adversarium Fons, & dictum retro-  
 venditionis instrumentum sibi firmare, tam vigore memorati  
 pacti conventi, quam de jure, Caroc. de oblationib. part. I.  
 quest. 7. num. 1. & 2. Noluit illam acceptare, nec dictum retro-  
 venditionis instrumentum facere ac firmare, & non ad alium fi-  
 nem (ut infra plenissimè justificabitur) nisi pro querendo & cap-  
 tando lucro cum damno & gravi prejudicio istius partis de Sa-  
 bater retrahere volentis, eumque sine justa causa sed cum vo-  
 luntarijs molestijs ac sumptibus anichilare, quod dolus ex pro-  
 posito, seu re ipsa sine dubio inducit, ut in terminis Gobius  
 consuli. 23. num. 36. cum multis.

Videns ergo pars hæc dicti Sabateri præfactam dolosam  
 recusationem, depositum in tabula communium deposito-  
 rum præsentis Civitatis die II. Septembris ejusdem anni 1711.

188

436  $\text{H}\Phi.$  monetæ Barcinonæ dictas & scriptas eidem Fons, nempe, 425  $\text{H}\Phi.$  pro pretio dicti instrumenti gratiæ redimenti ipsum Mansum Parellada, cum suis terris & pertinentijs, ac cum relata promissione solvendi ( si justum erat) pentiones memorati censualis 1200  $\text{H}\Phi.$  & ejus pretium in casu luitionis, virtute jam dicti pacti conventi, 6  $\text{H}\Phi$  10  $\Phi.$  pro salario ipsius instrumenti, & residuas 4  $\text{H}\Phi$  10  $\Phi.$  pro illiquid si forte eidem Fons aliquod creditum sibi competitijset super eodem Manso Parellada pro operibus & melioramentis, seu alijs quibuscunque causis & rationibus, posteaque fecit notificare ac intimare dictam partitam tabulæ personaliter ipsi Fons instrumento recepto penes dictum Sastre Not. 13. eiusdem mensis Septembris 1711. vt liquet fol. 17. & 16. retro, quæ sine dubio ipsum depositum plenè probat, Ripoll de *magistr. logie maris cap. 20.* nu. 120. Xammar de *privileg. Civitatis Barcinonæ §. 19.* à nu. 36. & seq. Fontan. claus. 14. glos. ronic. part. 1. n. 17. Xam. rer. judicatar. part. 1. defi. 49. à n. 22. Ac veram & realem solutionem & liberationem induxit & importat, Fonta. decis. 540. à n. 9. & seq. Cancer part. 3. cap. 8. à nu. 12. & seq. Nob. de Tristany decis. 19. nu. 46.

II Maxime extante, pro ut reperitur dictum depositum omni ex parte integrum & legitimum; quia etsi per adversarium Fons dictis suis in articulis & sedula oblatis 18. Januarij 11. Martij, & 10. Junij, fol. 18. 35. & 63. telè sit deductum & allegatum, memoratum depositum 436  $\text{H}\Phi.$  non fuisse nec esse integrum & legitimum, ex quo pro dicto pretio tenebatur pars ista de Sabater deponere in ipsa Tabula non solum præmissas 425  $\text{H}\Phi.$  monetæ Barcinonæ depositas, sed etiam 1200  $\text{H}\Phi.$  pretij dicti censualis in moneta aurei, seu argenti, computando, scilicet, nummus aurei vulgo *dobra* ad dictam rationem 3  $\text{H}\Phi$  4  $\Phi.$  & argenteus nummus vulgo *real de wuyt* ad rationem 16  $\Phi.$  quæ summam capiunt 2100  $\text{H}\Phi.$  eiusdem monetæ Barcinonæ, nec non valorem laudimij pro dicta venditione soluti, ac salario instrumenti illius, & denique 153  $\text{H}\Phi$  15  $\Phi.$  pro omnibus operibus & melioramentis ab eo factis ( vt assertitur) in domo & hereditate ipsius Mansi Parellada: Verum decipitur in omnibus ipse adversarius Fons. Primo, nam ut clare & literaliter constat ex eodem instrumento gratiæ redemptivæ, fuit expresse actum & convenitum inter ipsos contrahentes,

quod

quod in casu luitionis & quitationis dictæ domus & hæreditatis Mansi Parellada non remareret pro luito memoratum censuale pretij 1200 ₧. sed quod ipse Fons emptor haberet regressum ad illius actiones & obligationes, ibi: Mes es pastat entre ditas pars, que en cas de lluitiò de dita casa y heretàt, y en cas de evicciò, lo censal de dit compradòr no sie perlluit, y tинга regres à las acciones, y obligacions de aquells, &c. Ut observatum inquam invenitur pro hac parte dicti Sabater, tam in memoratis requisitionibus & interpellationibus, ac judicialiter in diversis suis deductionibus præsentis causæ, quam in partita Tabulæ dicti sui depositi, ibi: Lo qual censal dic Ioan Pau Sabater promet pagàr, en cas just sie, la penciò de aquell, y lo preu en cas de lluiciò, &c. prout de jure tenebatur, sicuti & etiam tenetur ipse Fons pro sui parte, cum quilibet pacta conventa, & promissa ad vnguem servari debeat, Cyriac. controversial. 240. nu. 34. & controversial. 239. nu. 12. 13. & 14. tom. 2. Valanz. consil. 2. à nu. 54. tom. 1. Bonden. colluct. legal. 45. nu. 17. tom. 1. Barbosa tract. war. axioma 173. nu. 1. & 2. Et merito, cum illa constitutio: Pacta conventa servabo, ab ore Dei processit, Barbosa ubi proxime nu. 2. Surd. consil. 183. nu. II.

12 Neque eveniente casu ( si forte ) luitionis ipsius censualis, solvi deberet eius pretium, pentiones & rata in dicta allegata moneta aurei seu argenti, sed in moneta Barcinonæ currenti dumtaxat, non solum ex quo in primeva & originali illius creatione fuit venditum & creatum cum moneta sisenorum tunc currentium, teste dicto instrumento ipsius censualis reducti, sed etiam, quia ex eodem met instrumento censualis clarissime constat præexpresum censuale reductum ad dictum pretium 1200 ₧. fuit venditum ac creatum in ipsa moneta Barcinonæ, tam in pretio, quam in pentionibus, ut testantur illius expressa & formalia verba, ibi: Pro evitando inter nos questionibus & controversijs si in tempore futuro sustineri oportuerint facimus dictam reductionem, agentes etiam tamen hæc sine præjudicio novatione & derogatione ac juris & temporis prioritas & juris potioritas & præheminentia & obligationes posse & in præchalendato instrumento censuale, gratis, &c. per nos & omnes hæredes & successores nostros quoscumque vendimus, & cum præsenti reducimus dictum censuale jam creatum dictarum.

bis mille librarum, & dictarum tercentum librarum de pentionibus  
debitis, ad mille ducentum libras in pretio vobis dicto Iosepho  
Fons Agricola Villæ Apiarie dicti Diocæs. Barcinonæ his prætenti,  
& vestris, & quibus volucritis perpetuo, instrumento tamen gra-  
tiae redimenti mediante, sexaginta libras monetæ Barcinonæ pen-  
tionis annue, censuales annuales & perpetuales, &c. Et Paulo  
infra, ibi: Pretium vero prædicti censualis quod vobis vendi-  
mus est mille ducentum libra monetæ Barcinonæ, ad forum nu-  
merum seu rationem viginti mille solidorum pretij pro mille solu-  
dis annue pentionis, &c.

13 Et cum propè transcripta verba ( quæ fuerunt ac sunt  
signa & testimonium mentis dictorum contrahentium Fons, &  
Parellada, & demonstrant animum ac voluntatem eorum, Barbosa  
tract. var. axioma 222. nu. 7. ) sint tam aperta & clara, dubi-  
tari nequit, quod intentio, mens, animus, & voluntas ipsorum  
contrahentium fuit ac est, velle creare dictum censuale cum  
moneta Barcinonæ currenti, & solvendum luendum quæ fuisse  
ac esse respectivè illud ( eveniente forsan suo casu ) in ipsa  
moneta Barcinonæ, cum certissimum de jure sit, quod quando  
instrumenti verba sunt aperta & clara non admittunt interpre-  
tationem, neque mentis & voluntatis quæstionem, nec minus  
permittitur super illis subtiliter dialecticari Barbosa dicto  
axioma 222. nu. 32. & 46. Bonden. colluct. legal. 8. nu. 26. & 158.  
colluct. 35. nu. 37. & 38. colluct. 38. nu. 324. colluct. 12. nu. 47. &  
seq. colluct. 40. nu. 44. & colluct. 45. nu. 86. & 88. tom. 2. Rota  
coram Mantica decis. 247. à nu. 1. & seq. Ramon consil. 100.  
nu. 113. Cancer part. 3. cap. 1. à nu. 293. & seq. Fonta. decis. 44.  
nu. 17. & 18. vbi ex Bald. & alijs sic concludit, ibi: Nam vel-  
le nimirum subtilizare vbi res est clara, nihil aliud est quam per-  
nitiosè errare, &c.

14 Maxime quando verba sunt geminata ( vt præsentí in  
casu ex quo ipsi contrahentes, tam in constitutione pentionis  
dicti censualis, quam in clausula pretij illius vñi fuere, vt vi-  
dimus, verbis monetæ Barcinonæ ) cum verborum geminatio  
non tantum arguit magis claram perspicuam deliberatam &  
enixam contrahentium mentem & voluntatem, Casanate consil. 4.  
nu. 146. Valanz. consil. 25. nu. 48. & 49. tom. 1. Ramon consil. 13.  
nu. 18. Cancer part. 3. cap. 21. nu. 325. Fontan. claus. 4. glof. 15.

nu.49.50. & seq. & claus.7. glos.2. part.2. nu.55. & 56. Nob. de  
 Tristany decis.3. sub. nu. 9. Nob. de Vilaplana de Bracio Mi-  
 litari, cap.3. nu. 8. etiamsi facta sit vnico contextu, & in eo-  
 dem instrumento, Surd. consil.179. nu.18. tom.2. & consil. 369.  
 nu.16. tom.3. Giurba ad consuetud. messanens. cap.1. glos.3. nu. 1.  
 Cardinal. Tuscus præt.conclus. lit. G. conclus.28. nu.111. Gratian.  
 discept. forens. cap.651. nu.6. & cap.737. nu.4. tom.4. Fontan.  
 claus.7. glos.2. part.2. nu.57. & 58. Sed habet vim specialis no-  
 minationis & expressionis, Molina de ritu nuptiar. lib.3. quæst. 24.  
 nu.146. Menoch. consil.40. nu.4. tom.1. & consil.328. nu.16. tom.4.  
 Fusar. consil.95. nu.12. Carol. de Grassis de exceptionib. except.14.  
 à nu.24. & seq. ac per tot. Bellon jun. consil.57. nu.43. Octau.  
 Glorit. 1.respons. part.2. nu.60. Mastril. decis.206. nu.16. tom.3.  
 Ac tollit omnem interpretationem quætionem & dubium, Ca-  
 stillo controvers. jur. tom.4. cap.52. nu.13. & à nu.1. Gratian.  
 discept. forens. cap.737. nu.5. tom.4. & cap.836. nu.8, & cap.967.  
 nu.27. tom.5 Menoch. consil.40. nu.4. tom.1. & consil.1036. nu.9.  
 tom.11. Octau. Glorit. 1.respons. part.2. nu.60. Surd. consil.179.  
 nu.18. tom. 2. Carol. de Grassis dicta except. 14. per tot. Bellon  
 jun. consil. 57. nu. 36. Molina de ritu nuptiar. lib.3. quæst. 24.  
 sub. nu. 146.

15 Vnde sequitur, quod cum in præhabito instrumento  
 gratiæ redemptivæ Mansi Parellada sit relatio, respectu dicti  
 censualis, ad illius instrumentum cum expressione diei men-  
 sis anni & Notarij, nullam esse habendam rationem de dictis  
 verbis adjectis in ipso instrumento gratiæ redemptivæ, scilicet,  
 quod in casa luitionis censualis solvi deberet in præhabita mo-  
 neta aurei seu argenti, cum relatum, de quo apparet, sit in  
 referente cum omnibus suis qualitatibus, ac quidem verè, pro-  
 priè, absolutè, naturaliter, & non fictitiè, sicque modificatur  
 & restringitur ad terminos ipsius scripturæ relatæ, & propte-  
 rea semper illud, & non referens isto in casu attenditur, ac  
 præcisè attendi debet, etiamsi facta illa extitisset ab habente  
 facultatem disponendi, Amato part.1. resol.42. nu.14. Bonden.  
 colluct. legal.17. nu.86.87. & 88. tom.2. Casanate consil.43. nu.19.  
 Menoch. consil.1. nu. 95. tom. 1. & consil. 391. nu. 33. tom. 4. Surd.  
 consil.113. nu.50. Gratian. discept. forens. cap. 289. nu. 1. tom. 2.  
 Redenasc. consil.36. nu.111. tom.1. Sesse decis.125. nu.40. & 41.

tom. 2. Octau. Glorit. respons. 12. n. 24. Barbos. tract. var. axiom.  
201. per tot. Mantica decis. 352. nu. 2. Valanz. consil. 27. à nu. 17. &  
seq. tom. 1. Cancer part. 3. cap. 3. nu. 226. 227. & 228. In tan-  
tum, quod si in referente aliter fuerit expressum, quam in relato  
continetur, talis expressio uti erronea corruit, & non attendi-  
tur, vt dixit Rota coram Mantica eadem decis. 352. nu. 2.  
Et in recent. decis. 67. nu. 13. part. 15. Amato part. 1. resol. 42.  
nu. 14. Menoch. consil. 1. nu. 98. tom. 1. Octau. Glorit. respons. 12.  
nu. 24. Barbosa axioma 201. nu. 6. Bonden. colluct. legal. 20. nu. 265.  
tom. 2. Præsertim si talis error etiam provenit ex imperitia &  
in Curia ipsius notarij, ( vt similiter præsenti in casu ) prout  
oculariter cernitur ex inspectione & lectura ipsorummet in-  
strumentorum censualis, & gratiæ redemptivæ, cum de jure  
incuria imperitia & simplicitas notarij, ac eius error mini-  
mè parti nocere quæcit, Ramon consil. 66. sub nu. 32. Bonden.  
colluct. legal. 16. à nu. 96. & seq. tom. 1. Menoch. consil. 37.  
nu. 141. tom. 1. Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 103. nu. 16. Cy-  
riac. controvers. 244. à nu. 53. & seq. tom. 2.

16 Alias enim, si dictum censuale reductum pretij 1200 ₣. φ.  
creatum non fuisset in præhabita moneta Barcinoñæ ( vt in ea  
sine dubio venditum & creatum fuit, pro vt supra remanet ple-  
ne justificatum ) contineret in se ipsum censuale, & eius nova  
creatio, nedum lesionem ultra dimidiam justi prætij, sed etiam  
ultra becem, ex quo pro 125. nummis aurei vulgo doblas, quod  
importabat pretium eiusdem censualis in primeva eius creatio-  
ne quæ fuit anno 1652. tempore in quo nummus aurei curre-  
bat ad rationem 16 ₣. φ. vt notum est, solvi deberent dicto  
Fons 375. nummi aurei, computando istas ad dictam rationem  
3 ₣. 4 φ. vt deducit ac prætendit ipse adversarius Fons in  
nu. 10. suæ deductionis oblatæ II. Martij præteriti fol. 37. tele,  
contra naturam ipsius reductionis censualis, & consequenter  
extitisset ac foret illud nullum ipso jure, per text. expressum  
l. 2. Cod. de recind. tenuend. & l. Eleganter, 7. ff. de dolo, Fonta.  
decis. 64. à nu. 1. & seq. decis. 65. & decis. 66. Cancer part. 1.  
cap. 13. nu. 12. & 43. Castillo tom. 7. de tertij, cap. 18. Hermo-  
silla l. 56. glof. 7. Mastril. decis. 247. tom. 3. Giurba decis. 105.  
Marinis. var. resol. lib. 1. cap. 153.

17. Quanto magis (& omnis removetur adversæ scrupulus,

si aliquis circa stabilitatem nu. 12. adesse poterat ut longe habest) quod cum bonitas intrinseca seu materia & pondus nummorum aurei vñquam nec tempore contractus primæ originalis creationis, nec tempore reductionis dicti censualis, neque hodie immutata nec immutatum fuere, ex quo semper in dictis respective temporibus in eadem bonitate seu materia, ac pondere ipsi nummi aurei constituti & conservati extitere, vt notoriū est valde quod probatione non egēt, Bonden. colluct. legal. 8. nu. 113. 114. & 115. & colluct. 44. nu. 19. & 20. tom. I. Gratian. discept. forens. cap. 525. nu. 9. & 22. & cap. 925. nu. 6. & 12. Surd. consil. 371. nu. 17. & 18. tom. 3. Fontan. decis. 530. nu. 8. Indubium de jure est, quod hac sola de causa & ratione, eveniente si forte luitionis casu dicti censualis reducti, solui deberet illius pretium, pentiones, & rata in prefata moneta Barcinonę currenti, cum isto in casu non tempus contractus, sed tempus solutionis haud dubie attendatur dum taxat, vt in terminis Cancer part. 2. cap. 6. à nu. 138. & seq. ac præcipue nu. 140. ibi: Si vero pecunia bonitas intrinseca non est immutata, sed extrinseca, tunc immutatio nocet, vel prodest creditori: inspicitur siquidem tunc non tempus contractus, sed tempus solutionis, vt per doct. in d. cap. quanto, de jur. iurand. &c. Et infra nu. 142. ibi: Utque predicta intelligantur, oportet explanare, quando dicatur bonitas pecunia intrinseca immutata, & quando bonitas extrinseca. Dico ex omnium communī suffragio, quod si materia pecunia, aut pondus immutatur, ut quia est melioris, aut peioris materie, aut maioris, vel minoris ponderis, dicitur bonitas pecuniae intrinseca immutata. Si vero materia, neque pondus pecuniae non immutatur, sed eadem existente materia, vel pondere, valor pecuniae ex decreto Principis, aut alias creverit, aut minuerit, tunc dicitur bonitas pecuniae extrinseca immutata, vt si cum hodie in Cathalonia valet scutum aureum viginti unum solidos, statueretur vt valeret viginti quinque solidos, aut non nisi viginti. Ita colligitur ex l. 1. & fin. Codd. de vere. numis. pon. lib. 10. & l. 1. ff. de contrah. empt. & doc et hoc aperte Purpu. &c. Rota apud Cenc. de censib. decis. 218. nu. 1. ibi: Placuit dominis esse attendendum valorem aureorum de tempore solutionis, ex quo non est mutata bonitas intrinseca, juxta distinctionem Bare. in l. Paulus, nu. 6. ff. de solut. & est communis

380

nis doctorum opinio, per Aret. consil. 15. &c. Et infra decis. 222.  
per tot. & nu. 6. ibi: Et propterea cum non appareat, quod au-  
reus in sua intrinseca bonitate fuerit alteratus, licet sit variatus  
valor, solvendus est vel aureus ipse, vel eius estimatio de tem-  
pore solutionis, cap. olim, &c. Et sic domini resoluerunt solutio-  
nem census esse faciendam in scutis aureis, vel in estimatione se-  
cundum tempus solutionis, &c.

18 Secundo, nam ut liquet ex dicto instrumento venditionis cuim pacto retrovendendi, prehabitas 425  $\frac{1}{2}$   $\Phi.$  pretij illius fuerunt pro solvendo ( inter alia ) 80  $\frac{1}{2}$   $\Phi.$  domino directo & alodiali ejusdem Mansi Parellada, ratione laudimij ipsius venditionis, ibi: Item etiam pro solvendo & satisfaciendo domino directo & alodiali infra scriptæ venditionis octoaginta libras pro laudemio, &c. Et cum istas 80  $\frac{1}{2}$   $\Phi.$  etiam penes se retinuit ipse emperor Fons, pater adversæ Pauli Antonij Fons, ad dictum effectum solvendi eas præ expresso domino directo & alodiali, nequit dictus Fons illas petere pro credito huic partæ Joannis Pauli Sabater redimentis, nec iste eas solvere ipsi Fons; cum solvere bis idem, sit contra bonam fidem, l. bona fides, ff. de reg. jur. Bonden. collat. legal. 5. num. 5. & collat. 17. num. 30. tom. I. & collat. II. num. 149. tom. 2. Surd. consil. 435. nu. 25. tom. 3. Valanz. consil. 183. ò num. 29. tom. 2. Tertio, quia ut constat ex thenore ejusdem partitæ Tabulæ memorati depositi 436  $\frac{1}{2}$   $\Phi.$  ipsum Sabater similiter ex illis dixisse & scriptisse in eadem Tabula communium depositorum dicto Fons 6  $\frac{1}{2}$  10  $\Phi.$  pro salario instrumen-  
ti ejusdem venditionis, ibi: Sis lliuras dèu sous per lo salari  
de dit acte de venda à carta de gracia, &c. Quæ vim verè &  
realis solutionis habet, Cancer part. 3. cap. 8. à num. 12. & seq.  
Fonta. decis. 540. à nu. 9. & seq.

19 Denique, licet pro illiquido dictorum operum & me-  
lioramentorum per ipsum adversarium Fons voluntariè deducto-  
rum ac petitorum sufficiebat depositum 4  $\frac{1}{2}$  10  $\Phi.$  quod fecit  
hæc pars dicti Sabater in eadem partita Tabulæ, ibi: Y las  
restants quatre lliuras y dèu sous, per ferli tenir y valer qualse-  
volys pretencions pogues pretendrer dit Fons, sobre dita casa y be-  
retat, per qualsevolys causas y rabons, &c. ad effectum ut tene-  
retur ipse Fons dictum acceptare depositum, Cancer part. 3. cap. 8.  
à num. 7. & seq. Nob. de Tristany decis. 19. nu. 55. in fine tom. I.

Ut in terminis declaravit Senatus Regia Sentencia lata 27. Octobris 1655. referente Nob. Regente de Cortiada, in causa Nob. Marię de Semmanat & de Lanuça, cum Nob. Josepho de Olmera & Altarriba, & Nob. Joanne Baptista Planella, Actuario Preve, ibi: Nec relevat exceptio melioramentorum per dictum Nob. Iosephum Olmera & Altarriba opposita, quia predicta melioramenta non tribuunt ipsi justam causam recusandi acceptare dictum depositum, &c. Insuper quia dicta melioramenta tempore depositi dictarum 2500 ₧ & ₧. erant illiquida, unde satisfecit dictus Nob. Henricus de Semmanat & de Lanuça deponendo duos solidos pro illiquidis, &c.

20. Est ponderatione dignum, quod non solum de dictis prætensis operibus & melioramentis ( pro forma articulatis ) minimè constat ex meritis processus, nec de illis constare potest. Imo potius ex pluribus testibus ministratis per hanc partem de Sabater super 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 35. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 43. ex dictis suis articulis oblatis 4. Maij currentis anni 1712. quorum depositiones leguntur à fol. 82. ad 49. retro plenissimè constat, ipsam adversam memorati Fons devastasse & quasi anichilasse dictam domum & hereditatem Mansi Parellada, motivis pro hac parte de Sabarer expressis ac justificatis à nu. 17. dictæ suæ deductionis resolutivæ oblatæ 17. currentis mensis Septembris 1712. & quod iste deteriorationes sunt valoris à communi & publica estimatione 1161 ₧ 16 ₧. & ultra, ut facientur etiam ipsimet testes in eorum dictis factis ad instantiam ejusdem Fons super 6. ex suis interrogatorijs datis 7. Junij propè dimissi, fol. 109. 93. 84. 75. & 70. retro, & adhuc sine alijs quamplurimis deteriorationis quas ipsi testes exprimunt ac declarant super 42. & 43. eorundem articulorum, fol. 87. 78. 77. 72. 67. 62. & 58. retro, quæ hic referre potius lamentabile, quam molestum foret.

21. Ex quo sequitur luce clarius, quod ex desuper plenè justificatis à num. 11. constat, memoratum depositum 436 ₧ & ₧. factum per hanc partem de Sabater, pro pretio instrumenti dictæ gratiæ redemptivæ Mansi Parellada, non solum fuit ac est plus quam integrum, sed etiam purum ac liberum, sicque omnino legitimum, & non conditionale, non obstante quod in calce ipsius partitæ Tabulæ fuerunt positæ ad solitam Magnifici R. S. Jacobi Balart Relatoris, & Josephi Llaurador Notr. pub. Barcino-

180

cinonæ ad effectum obtinendi iste , à dicto Fons , præhabitam revenditionem Mansi Parellada favore ipsius Sabater , ibi : Las quals sien soltas quant dit Magnifich Doctor Jaume Balart Relador de dita causa , y Ioseph Llaurador Not. pub. de Barcelona ho diràn , go es dit Llaurador à effecte de cobrar revenda de dita casa , &c. Cum de jure hujusmodi solta , seu tacita conditio tanquam intrinseca , & proveniens ex natura ipsius contractus , non facit depositum conditionale , sed remanet purum , liberum , & legitimum , Giurba decis. 98. nu. 7. & 8. Castillo decis. 115. nu. 6. tom. 2. Gregor. de censib. quæst. 5. n. 290. & 291. Rota post Cenc. de censib. decis. 277. in fine , Nob. de Tristany decis. 19. nu. 47. & 48. Ut similiiter declaravit Senatus in eadem Regia Sententia dicti Nob. Regentis de Cortiada , ibi : Nec refert quod depositum ut relevet debeat esse purum & liberum , non conditionale , nec cautelatum , adeo quod creditor possit ad libitum illud exigere , & quod depositum de quo agitur fuit factum ad soltam Francisci Pla Notarij ad effectum ut penes cum firmaretur instrumentum retrovenditionis , solum enim depositum quod habet conditionem extrinsecam vitiatur , non vero illud quod habet conditionem intrinsecā , & in pacto de retrovendendo depositum non vitiatur , si fiat cum conditione facta scilicet retrovenditione , quia hæc esse conditio intrinseca , que est de natura contraria ad quam creditor cogi potest , & licet in nostro casu depositum simpliciter fuit factum ad soltam Francisci Pla Notarij Barcinonæ . Tamen in pacto de retrovendendo venditor qui vult illius pacti virtute rem venditam recuperare , potest deponere pretium ad soltam cuiuscunque etiam Iudicis , & illud validum est , &c.

22

Atque ita indubium est , quod vigore præfatæ donationis ac cessionis juris luendi , & dicti legitimi depositi 436 ♂. vim verè & realis solutionis inquam habentis , cum relata promissione solvendi pentiones dicti censualis 1200 ♂. & ejus pretium in casu luitionis , dominium præfati Mansi Parellada , ejusque terrarum honorum & possessionum redditum seu translatum fuisse ipso jure in favorem istius partis Joannis Pauli Sabater redimentis ; ex quo juxta crebriorem humaniorem & quam opinionem in Senatibus amplexam , oblato à redimento pretio ipso jure rei dominium in eum transit seu reddit sine traditione , præsertim si pactum de retro invenitur ( ut præsenti in casu ) verbis directis conceptum , Castr. in l. venderet , nu. 6.

ff. de

ff. de pignor. act. Tiraquel. de retract. convent. §. I. glos. 7. à nu. 14.  
 Boér. decis. 182. nu. 38. Pereira de emptio. & venditio. cap. 28.  
 nu. 22. circa medium, vers. Quare ad verto, &c. Mantica de tacit.  
 & ambig. lib. 4. tit. 32. num. 68. 70. & 73. in fine, Merlin. de pig-  
 nor. lib. 5. tit. 2. quest. 64. num. 18. Thesau. quest. forens. lib. 2.  
 quest. 72. à nu. 1. & quest. 81. num. 3. Magon. decis. lucen. 80. n. 2.  
 optimè Casanate consil. 7. nu. 10. & II. Fonta. decis. 80. num. 7.  
 Marius Giurba decis. 93. in principio, & num. 1. ibi: Tertius pro-  
 positus fuit articulus, in quo discutiendum duximus, in Primis:  
 An oblato à redimento precio, ipso jure rei dominium in eum tran-  
 seat, sine traditione. An in executione sententie contra Don Io-  
 seph latæ, citandus erat Nicolaus, ut procedat iniunctio ejus in-  
 quilino facta ad migrandum. Ad P. fuit resolutum, oblato pretio  
 sine traditione, retro transferri dominium in venditorem, ex hoc  
 revendendi pacto, adeo ut contra quemlibet rei eiusdem possesso-  
 rem, reivindicatoria agere ipse possit, ex Castr. l. si venderet. nu. 6.  
 ff. de pignor. act. copiosius defendit Mantica de tacit. & ambig.  
 lib. 4. tit. 32. à nu. 44. cum seq. magis comm. dixit Thessau. lib. 2.  
 forens. quest. 72. nu. 1. quest. 81. nu. 3. Carpan. ad stat. mediol. 417.  
 nu. 394. nu. 1. Caball. consil. 96. Cagnol. in l. 2. nu. 117. Cod. de  
 pact. inter empl. & vendit. Cald. in l. si curatorem habens glos.  
 sua facilitate nu. 65. 66. Marilia decis. 75. nu. 6. Cassanat. consil. 7.  
 nu. 10. Ponte de laudem. quest. 37. nn. 2. Gutier. conf. 27. nu. 2.  
 Felician. de cens. lib. I. cap. 6. nu. 6. tom. 2. Covarrub. in 3. resolut.  
 cap. 8. nu. 2. 3. Vasq. Illust. controvers. cap. 69. nu. 8. Gabr. conf. 66.  
 nu. 3. 4. vol. I. Pinell. in l. I. part. 2. nu. 20. Cod. de bon. matern.  
 Grauet. conf. 201. Cassane. conf. 33. nu. 7. conf. 41. nu. 6. qui se-  
 cundum hanc Castr. opin. in parlamento Parisiensi, & Burdegalen-  
 si judicatum fuisse inquit, eam que crebriorem, humaniorem, & quam,  
 rationalem, & amplectendam testatur, atqueita judicatum affirmat,  
 Boer. decis. 182. magis comm. probat Cannet. in c. volentes, s. opera  
 pretium fol. mihi 30. magis comm. Magon. decis. lucen. 80. nu. 2.  
 Cornaz. decis. 84. nu. 1. 2. veriorem, & equiorem, Caval. decis. 16.  
 nu. 6. 7. II. 26. magis comm. Menoch. conf. 63. in princ. & nu. 14. &c.  
 23 Nec mirum, cum fructus dicti Mansi Parellada de-  
 beantur sine dubio huic parti Joannis Pauli Sabater redimen-  
 tis à die præfati depositi seu soluti pretij gratiæ redemptivæ,  
 iuxta Senatus observantiam Fontan. decis. 72. à nu. 1. & seq.

non solum ex quo adversarius Fons constitutus reperitur ex tunc in vera mala fide, sed precipue quia fructus sequuntur dominium, seu dominum, & ad eum spectant, ad quem pertinet dominium, cuius sunt indubitata sequela, Bonden. col. luct. legal. 26. nu. 147. tom. 2. Anton. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 38. de revoc. donat. defi. 55. in alleg. nu. 2. Andreol. controvers. 255. nu. 3. Amato part. 1. resol. 83. nu. 15. Valanz. consil. 156. à nu. 26. & seq. & consil. 196. à nu. 13. & seq. tom. 2. Merlin de legitima lib. 2. tit. 1. quest. 1. nu. 19. & 28. Fontan. decis. 99. nu. 16. & 17. & decis. 572. à nu. 15. & sq.

24 Vnde innegabile eruitur consequens, quod cum memoratus novus titulus, & nova causa dictæ donationis & cessionis juris luendi, supervenit huic parti Joannis Pauli Sabater post dictam eius suppositam conductionem seu locationem Mansi Parellada, cum suis terris & pertinentijs, teste omni processu, sine dubio vigore illius, ac dicti legitimis depositi præi ipsiusmet venditionis gratiæ redemptivæ, cum accessorijs, fuit sibi mutata dicta eius causa naturalis possessionis seu detensionis Mansi Parellada (quam ante uti colonus seu conductor habebat ut supra in nu. 3. fuit plene justificatum) in possessionem ipsius Mansi jure & nomine proprio, ita ut ex tunc iuste ipse Sabater incepit eum possidere ex dicto suo novo titulo, & nova causa, non obstante dicta l. si quis conductionis, Cod. locat. cum ista lex non procedat nec locum habet quando novus titulus, & nova causa supervenit colono seu conductori aut locatori post conductionem seu locationem, ideoque nec doctores desuper nu. 3. in contrarium adducti, ut inquit tex. in l. cum nemo, Cod. de acq. posses. ibi: Nulla extrinsecus accedente causa, &c. Ac docent communiter omnes Interpretes & DD. qui super eadem l. si quis conductionis ex professo scripsierunt signanterque Albe. in l. si quis fundum §. fin. ff. locati. ubi sic limitat dictam l. si quis conductionis Jason. consil. 158. vers. quinto principaliter, &c. Et vers. ultra eorum, &c. lib. 2. Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locat. defi. 10. & in alleg. nu. 3. Rota apud Puteum decis. 165. nu. 4. & 5. lib. 1. in correctis, & coram Gregor. XV. decis. 92. nu. 3. & ibi Ad- dent. Peregrin. decis. 131. nu. 13. & 14. Post. de manuten. observ. 54. nu. 27. Menoch. de recuperand. posses. remed. II. nu. 42. vers.

Decla-

Declaratur, quarto non procedere, vbi supervenisset nova causa non restituendi, tunc enim super illa ante restitucionem auditur conductor. Sic declarat dictam l. si quis conductionis Alb. in l. si quis fundum, s. finali, ff. locati, quem es sequutus Iaso. &c. Et nu. 43. Cancer pars. i. cap. 14. sub. nu. 84. in additionatis vers. nisi nova supervenisset causa conductori, &c. Et nu. 96. vers. cum nemo possit mutare sibi causam possessionis, nisi superveniat causa extrinsecus, l. cum nemo, &c. Rota apud Post. post eundem tract. de manuten. decis. 322. sub. nu. 7. ibi: Quod colonus ex titulo superveniente mutat sibi causam possidendi, ut possideat nomine proprio, Put. decis. 165. &c. Alvar. Valasc. tom. i. consult. 42. per tot. præcipue nu. 3. ibi: Cæterum prædictis non obstantibus respondi, prædictam legem Regiam intelligendam & restringendam ad titulum habitum ante conductionem, secus si postea pro quo citavi Albe. in l. si quis fundum, s. fin. ff. locati, qui ita limitat d. l. si quis conductionis, ut non procedat, quando post conductionem supervenit conductori nova causa non restituendi, sequitur jas. consil. 158. vers. quinto principaliter lib. 2. Plotinus in l. si quando, nu. 193. vers. fallit secundo, &c. Et in fine ipsius consultationis sic decilsum suo in Senatu restatur, ibi: Unde ex prædictis in proposita quæstione judicatum pro conductore, ratione novi tituli, aliunde provenientis post conductionem, &c.

25 Ejusdem opinionis ac Sententiae sunt etiam ipsi met Doctores in contrarium allegati supra nu. 3. in primis ipse Cancer part. i. cap. 14. sub. nu. 84. & in nu. 96. item Merlin Pignateli. controvers. forens. tom. i. cent. i. in nu. 9. item Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locat. defi. 12. vers. si non adeo in promptu, &c. item Menoch. de recuperand. posses. remed. ii. in nu. 42. & 43. item Pacion. de locat. & conduct. cap. 63. in nu. 45. 87. 88. & 104. item Cardinal. Tuscus præc. conclus. lit. C. conclus. 608. in nu. 27. item Sperel. decis. 100. in nu. 12. tom. i. item Rubeus in annot. ad decis. 420. in nu. 82. 86. 87. & 88. part. 4. tom. 2. recent. item Cardinal. de Luca de credito & debito discurs. 18. in nu. 9. tom. 8. (qui cum solus Rubeus vbi proximè laudat, non est aliter intelligendus, ex quo Doctoris dictum intelligi debet, secundum auctoritatem quam allegat, Gobbius consult. 64. nu. 94. Bonden. colluct. legal. 28. nu. 71. tom. i. Romaguera ad Conciol. lib. 2. rub. 28. nu. 7.) item Post. de

manuten. observatio. 54. in nu. 23. 24. & 27. denique Peguera  
decis. 164. Fontan. decis. 136. & 137. & Nob. de Tristany de-  
cenis. 58. nu. 13. in fine, cum isti non discutiunt ad plenum hunc  
articulum, est de illis parui faciendi. Ultra quod est conclusio  
generalis, quod ex supervenientia novi tituli, & novæ cause  
haud dubie quis possessionem sibi mutari jure & nomine pro-  
prio, etiam sine alia animi declaracione, & debetur ei manutentio,  
etiam ad exclusionem manutentionis alterius, Bonden. colluct.  
legal. 47. nu. 7. & 10. tom. 1. Post. de manuten. dicta observatio. 54.  
à nu. 23. 27. & 28. Crescent. de restit. spolia. decis. 5. Merlin de  
pignor. lib. 3. tit. 2. quest. 76. nu. 4. 5. & 7. Addent. ad Argel.  
de legit. contradict. quest. 13. art. 9. Andreol. controvers. 190.  
à nu. 1. Gratian. discept. forens. cap. 700. nu. 59. & 60. tom. 4.  
& cap. 954. à nu. 1. tom. 5. Barz. decis. 73. nu. 35. & seq. Rota  
decis. 557. nu. 2. part. 2. recent. Farinac. & coram Mantica de-  
cenis. 71. nu. 1. & 10. & decis. 245. nu. 4. & 12. & coram Gregor XV.  
decis. 92. nu. 3. & ibi Addent. & decis. 346. in princ. & nu. 2.  
& apud Post. post ipsum tract. de manuten. decis. 169. nu. 1. 2.  
& 4. decis. 173. nu. 1. decis. 230. nu. 4. decis. 322. nu. 7. decis. 323.  
num. 12. decis. 329. num. 5. decis. 633. num. 4. & 5. & decis. 634.  
num. 2. & 3.

26 Optima quæ ratione, quia cum vigore dicti parti re-  
troyendendi, & memorati integri & legitimi depositi pretij  
eiusdem venditionis gratiæ redemptivæ Mansi Parellada, fuit  
resolutum ipso jure non solum dominium eiusdem Mansi Pa-  
rellada, quod ante habebat adversarius Fons, & redditum seu  
translatum illud in favorem istius partis de Sabater redimentis  
( ut supra in nu. 22. & 23. extitit plenè justificatum ) sed etiam,  
eisdem motivis, fuit pariter resolutus ipso jure idemmet con-  
tractus gratiæ redemptivæ, Covarrub. var. resol. lib. 3. cap. 8.  
nu. 2. & 3. Mantica de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 32. nu. 68. 70.  
& 73. in fine, Nob. de Tristany decis. 19. nu. 57. & pulchrius  
Post. de manuten. observatio. 57. nu. 24. in fine. Absqueulla dif-  
ficultate fuit similiter resoluta ex tunc quælibet possessio dicti  
Mansi Parellada, quæ antea residebat in personam adversarij  
Fons, & illa statim redita seu translata huic parti de Sabater  
redimenti ex vi temporalitatis jam finitæ, & juste ( ut dixi )  
incepit ex tunc illum possidere iure & nomine proprio, ex di-  
cto

392  
 Ao novo eius titulo & nova causa, sine ultteriori retraditione,  
 Alvar. Valasc. eadem consult. 42. sub. nu. 3. vers. ex eo quod  
 finitum est, &c. Paul. consil. 3. volum. 2. Chassan. consil. 41. nu. 7.  
 Menoch. de recuperand. posses. remed. II. nu. 43. Casanate con-  
 sil. 7. à nu. 12. ibi: Nono. non solum in Aragonia ex pacto de  
 retrovendendo luitione subsequuta ipso jure retransferrri dominium,  
 verum & possessionem veram, realem, & actualem absque ul-  
 teriori retraditione. Quasi possessio temporaliter concessa fuerit, &  
 luitione subsequuta retransferratur ipso jure in redimentem, ex vi  
 temporalitatis finitae, Molineus S. 3. nu. 172. Bald. &c. Post. de  
 manuten. observatio. 57. sub nu. 24. ibi: Quemadmodum qui  
 vvididit cum pacto redimendi concepto per verba directa, potest,  
 vmodo pacto, & oblato, consignato, & deposito pretio, facere se  
 possessorem, & obtinere manutentionem, quamvis secus si pactum  
 sit per verba obliqua, pro ut in dubio presumitur, Chassa. consil. 33.  
 nu. 2. & 3. & consil. 41. nu. 7. ex Castr. in l. à te Cod. de pac*t.*  
 convent. cum resolutio contractus, que sit ipso iure, intelligatur  
 etiam quo ad possessionem, Chassan. d. consil. 41. nn. 7.

27 Cum finito & resoluto locatoris seu datoris iure, ma-  
 xime ex necessitate præcedentis pacti de retrovendendo (ut  
 præsenti in casu) finitur & resolvitur etiam per consequens,  
 ex ipsam necssaria causa, & alias, jus conductoris seu ac-  
 ceptoris, & res ad suam primevum statum & naturam redit, ut  
 in terminis Alvar. Valasc. dicta consult. 42. sub. nu. 3. Menoch.  
 de recuperand. posses. remed. II. nu. 43. Amato part. I. resol. 4.  
 nu. 4. 15. 16. & 17. cum multis, Casanate consil. 7. nu. 7. & 8.  
 Mastril. decis. 114. n. 57. & 58. tom. 2. Pacion. de locat. & conduct.  
 cap. 61. n. 61. Molina de Hispan. primog. lib. I. cap. 21. à nu. 1. & seq.  
 & ibi. Maldonado, idem Menoch. consil. 447. à nu. 1. & seq.  
 tom. 5. Mantica de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 32. nu. 96. Rota  
 apud Post. post tract. de manuten. decis. 335. nu. 17.

28 Cessante enim causa possessionis, aut finito tempore,  
 vel resoluta conditione, cessat quoque, finitur, ac resolvitur  
 ipsa possessio, & nequit illius virtute quis manuteneri, Ra-  
 mon cum multis in consil. 56. sub n. 12. ibi: Proinde statim ac Ci-  
 vitas elocavit servata forma dicta Sententia quasi cessante causa  
 possessionis, vel finito tempore, aut resoluta conditione, cessavit  
 quoque, & fuit resoluta possessio, ut tenent omnes Doctores &

582

signanter Tiraquellus de jur. constit. posses. 29. lim. nu. 1. fol. 243.  
vbi dicit possessionem constitutariam, vel precariam suam vim  
obtinere quamdiu durat causa sive titulus, hac autem finita, aut  
cessante resolvitur finiturque possessio, Negu. in lib. responsorum,  
&c. Et Paulo infra nu. 16. 17. & 18. ibi: Et in proprijs termi-  
nis non posse quem in possessione manuteneri cuius causa cessavit,  
aut finitum est tempus, vel resoluta conditio. ex Bald. in l. vni-  
c. vti possidetis tradit Peregrin. de fideicommiss. &c. Ludovis. d.  
decis. 283. & additio ad decis. 332. nu. 6. eiusdem Ludovis. vbi  
quod resoluta conditione resolvitur possessio, nec est manutenibilis,  
iuxta text. in l. qui absenti, §. 1. de adquir. vel amitten. pos-  
ses. & in cap. olim, &c. idem Ramon consil. 57. nu. 8. & 9. vbi  
quandam similem Senatus Aragoniæ declarationem refert, Ra-  
mon ipse consil. 58. nu. 9. & 10. vbi pariter inquit: Et est ra-  
tio ultra prædicta, quia nemo potest manuteneri in possessione, cuius  
causa cessavit, aut finitum fuit tempus, vel resoluta conditio,  
ex Bald. &c. Et consequenter adversarius Fons nullam ma-  
numentionem præhabiti Mansi Parellada prætendere ac peti po-  
test, cum manutentio sine possessione non detur, & si conce-  
ditur solet revocari, seu in melius commutari, Post. de ma-  
nuten. observatio. 15. à nu. 1. & seq. Rota apud eundem Post.  
de manuten. decis. 68. nu. 27. & decis. 129. nu. 3. Imò potius in  
omni casu foret dicta manutentio huic parti de Sabater pro-  
culdubio concedenda, licet haberet solam possessionem natu-  
ralem ipsius Mansi dumtaxat, cum ista sufficiens sit ad manu-  
tentionem obtinendam, Post. de manuten. observatio. 16. nu. 3.  
Alvar. Valasc. consult. 79. nu. 9. tom. 1. Etiam contra civiliter  
possidentem, Menoch. de retinend. posses. remed. vlt. à nu. 15.  
ad 20. Rota apud Post. post. tract. de manuten. decis. 498. nu. 1.

29 Instantum huiusmodi procedit veritas, quod non so-  
lum ex hucvsque stabilitis à nu. 24. constat, hanc partem de  
Sabater noluisse à die præchalendati sui novi tituli donationis  
ac cessionis juris luendi ei superventi, & memorati legitimi de-  
positi pretij dictæ gratiæ redemptivæ Mansi Parellada, amplius  
recognoscere in dominum ejusdem Mansi adversarium Fons, &  
illum possidere immagine ipsius, sed prole, & nomine pro-  
prio, pro ut omni cum effectu ipse Sabater ex tunc ipsum Man-  
sum cum suis terris & pertinentijs verè, realiter, & actualiter  
pos-

possedit ac possidet, & quod ista possessio actu continuatur ab eo, & vult illam continuare, ut eius propria una cum ipso Manio, ut clare etiam colligitur & probatur ex factis huius partis ipsius Sabater expressis per eundem Fons ab articulo 4. ex suis oblatis 18. Januaij labentis anni 1712. f. 18. telæ, cum animus & voluntas magis factis, quam verbis declaretur, Post. de manuten. observatio. 57. à n. 61. ad 64. & post tractat. decis. 225. n. 3. & 4. Giurba decis. 43. n. 34. in fine, Nob. de Tristany decis. 19. sub n. 68. vers. voluntas enim, &c. tom. I. Et non presumitur mutata, Post. de manuten. eadem observatio. 57. n. 59. & post tractat. decis. 217. n. 46. Bonden. colluct. legal. 50. n. 30. 31. & 32. tom. 2. Nec non ex sustentatione praesentis litis seu causæ, cum per illam similiter satis probetur ipsius Mansi possessio, favore eiusdem Sabater, Rota apud Seraphin. decis. 1415. n. 3. tom. 2. & coram Burat. decis. 693. n. 3. & ibi Addent. lit. A. & decis. 728. n. 3. Vrceol. consult. forens. part. 2. cap. 57. n. 22. Verum etiam, quia ex depositionibus Balthazaris Bros testis 2. & Petri Joannis Bosch testis 3. factis ad instantiam eiusdem adversæ de Fons super dictis suis interrogatorijs constat, memoratum Sabater tenuisse ac possedisse, tenere quæ est possidere ipsam domum & hereditatem mansi Parellada, ut videre est ex eorum dictis nempe Bros testis 2. super interrogatorio 7. fol. 84. retro, ibi: Dixit que lo que ell testis pot dir sobre lo contengut y narrat en dit interrogatori es sols que ha oït dir una y moltes vegadas publicament à la major part dels de dita Vila de Masquefa, que dit Pau Antoni Fons havia dit que ja havia guanyat lo possessori de la causa aportava ab Ioan Pau Sabater, y que lo volia traure de casay que apres no tenia bi tornas mes à entràr, ni à posschirla com vuy en dita, encara publicament se continua en dir-se en dita Vila lo predit en la conformitat prædicta. Et Bosch testis 3. super interrogatorio 2. fol. 76. retro, ibi: Dixit que ell testis en lo temps de son recort no ha vist tenir ni possebür à dits Eularia Parellada viuda, y Pere Parellada son fill la casay heretat narra dit interrogatori anomenada la Mas Parellada situat en lo Terme de Masquefa, si sols pot dir haverla vista possebür de dit temps de son recort que ferà de mes de 40. anys à Iosepb Fons pages de Piera, apres à Pau Antoni Fons pages de dita Vila son Fill, y vuy dit Ioan Pau Sabater, &c. Qui plenè ipsam pos-

possessionem probant favore ipsius Sabater, Bonden. colluct. legal. 44. nu. 18. & 27. tom. 2. Valanz. consil. 126. nu. 32. tom. 2. Post. de manuten. observatio. 91. sub. nu. 3. & observatio. 38. nu. 14. Surd. consil. 73. nu. 39. tom. 1.

30 In nihilo obstante præhabita assertione seu confessione judiciali ex adverso de Fons allegata, triplici juridica ratione. Prima est, quia dicta supposita assertio aut confessio fuit facta seu emissa per Procuratorem istius partis de Sabater non habentem ad id speciale mandatum, sed simplex ad lites tantum, & non informatum de facti veritate, qua propter nullius momenti est illa, cum Procurator sine speciali mandato minimè in præjudicium sui principalis & eius possessionis aliquid fateri quætit, neque illi nocere, etiam in manutentionis judicio, Post. de manuten. observatio. 57. nu. 46. & 47. Rota apud ipsum Post. de manuten. decis. 166. nu. 51. & coram Mantica decis. 302. nu. 5. Menoch. consil. 2. nu. 368. tom. 1. Faber in suo Cod. lib. 7. tit. 24. de confes. defi. 5. Ramon consil. 46. nu. 15. Nob. de Tristany. decis. 128. nu. 27. & 30. tom. 3. Ut censuit Senatus in Regia Sententia lata 21. Novembbris 1671. referente Nob. domno Josepho de Ferrer, in causa Teclæ Pujals, contra Petrum Gras, Not. Texidor. Secunda ratio est, quia dicta prætensa assertio seu confessio fuit emissa per ipsum Procuratorem contra facti veritatem, & sic omnino erronea, cum ex desuper plenè justificatis à nu. 22. & seq. constet, hanc partem de Sabater extitisse ac esse relati mansi Parellada verum & indubitatum dominum & possessorem, non vero adversarium Fons. Et juris enucleati est, quod erronea assertio seu confessio non solum corrigi & revocari potest, vt fecit ipse Sabater statim quæ illa evenit ad ejus notitiam in principio suorum articulorum in prima instantia oblatorum 6. Februarij labentis anni fol. 21. telæ, ac etiam in principio istius deductionis resolutivæ personaliter oblatæ in præsenti supplicationis causa 17. currentis mensis Septembris, verum nec minus in aliquo sibi nocere ac præjudicare potuit nec quætit, etiam quod dicta supposita assertio seu confessio facta extitisset in articulis, & acceptata fuisset ab eodem adversario Fons, docto de errore, vt præsenti in casu, l. error 7. Cod. de jur. & fact. ignor. Mascard. de probationib. conclus. 378. à nu. 1. & seq.

seq. tom. i. Cyriac. omnino videndus controvers. 546. à nu. 117.  
 ad 126. tom. 3. Marta de jurisdic. part. 2. cap. 8. nu. 29. Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 14. de probat. & præsumpt. defi. 45. nu. 5. & in alleg. nu. 5. Marc. Anton. Maceraten. var. resol. lib. 3. resol. 21. à nu. 1. & seq. Surd. consil. 311. nu. 72. tom. 3. Menoch. consil. 191. à nu. 62. tom. 2. Ripoll de magist. logia maris, cap. 9. nu. 27. 28. & 29. Nob. Senator de Amigant ad Peguera rub. 8. de petitione, &c. nu. 29. Et eo magis si erronea assertio seu confessio emissa seu facta invenitur per simplicem Procuratorem ( ut hic ) Menoch. consil. 409. nu. 64. tom. 5. Rosa consult 56. nu. 14. & 17. Rota post Merlin de pignor. decis. 119. nu. 11. & 12. & apud Cenc. de censib. decis. 210. nu. 7. & 8. Bonden. colluct. legal. 17. nu. 9. 10. 14. & 15. tom. i. Qui enim errat non fatetur, Cyriac. controvers. 546. nu. 121. tom. 3. Valanz. consil. 27. nu. 8. tom. 1. Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 10. quand. fisc. &c. defi. 8. in alleg. n. 13. Nec per nostrum afirmare, vel negare immutatur rei veritas, Cyriac. ubi proximè n. 122. Menoch. consil. 86. n. 94. tom. i. Quæ sola in Supremo Senatu attenditur, Fontan. decis. 25. nu. 14. & decis. 448. nu. 2. Cancer part. 2. cap. 2. nu. 259. & 260. Xammar de offic. jud. part. 1. quæst. 9. nu. 103. Nob. Senator de Amigant ad Peguera rub. 16. de supplic. interpon. nu. 28. Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 15. de testibus, defini. 33. Tertia est ratio, quia cum prædicta possessio Mansi Parellada & eius terrarum honorum & possessio- num, in favorem istius partis de Sabater plene justificata, fuit sibi adquisita de Iure, prout supra justificavi à nu. 24. ad 29. non potuit nec potest allegata sui Procuratoris assertio seu confessio illi nocere neque præjudicare, cum assertio vel confessio facta in iis quæ non pendent à potestate afferentis seu consentientis, sed à Iure nihil operatur, & omnino est contemnenda, sicque tanquam irrelevans nec prodesse, nec nocere valet, Surd. decis. 104. n. 30. Cyriac. controvers. 337. n. 24. tom. 2. Altograd. consil. 60. n. 97. & 98. tom. 1. Rota coram Burat. decis. 168. n. 26. Bonden. colluct. legal. 50. n. 174. tom. 2.

31 Minus facessit quod etiam objicitur ab ipso adver-  
 sario Fons, nempè, quod vigore dictæmet l. si quis con-

EE  
dictionis, Cod. locat. non potest hæc pars de Sabater oppo-  
nere contra eum de p̄habita exceptione dominij seu pro-  
prietatis Mansi Parellada, nisi prius illo sibi restituto. Eten-  
im respondetur, hoc procedere quando exceptio dominij  
seu proprietatis adhuc justificari debet, & alias est turbi-  
da & intricata, non vero casu in quo talis exceptio jam  
invenitur probata, & est liquida clara & notoria, ut sic  
distinguendo & opiniones conciliando scripserunt in ter-  
minis ipsius legis Menoch. de recuperand. posses. remed. II.  
num. 44. Peregrin. de fideimom. art. 46. nu. 35. & art. 48. à  
num. 42. & num. 47. Maranta in sua praxi distinet. 7. num. 49.  
in fine pag. 129. Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42 de  
locat. defi. 12. vers. si non adeo in promptu, &c. Et ante  
defin. 10. Cardinal. Tuscus praet. conclus. lit. C. conclus. 608.  
num. 27. idem Peregrin. decis. 131. num. 14. vers. secundo  
respondeo, &c. Pontan de rest. spol. lib. 3. cap. 5. num. 134.  
Rim. jun. consil. 121. num. 23. ac per tot. Pacion. de locat. &  
conduct. cap. 65. sub num. 80. vers. tamen est, &c. usque ad  
num. 89. Rubeus in annot. ad decis. 420. nu. 82. part. 4. tom. 2.  
recent. Et generaliter, quod exceptio dominij seu proprie-  
tatis sic probata, locum habeat & admittatur in quocun-  
que manutentionis juditio, docent Post. de manuten. obser-  
vatio. 42. à num. 140. & seq. Pacific. de salvian. inspect. I.  
cap. 4. à num. 22. & seq. & inspect. 2. cap. 2. à num. 15. &  
post tract. decis. I. num. 8. decis. 63. num. 3. & 4. & decis. 69.  
num. 2. Argel. de legit. contradic. quest. 4. num. 74. quest. 7.  
num. 27. quest. 17. num. 17. quest. 19. num. 29. & 74. Cancer  
part. 1. cap. 18. num. 32. per tot.

32. Præsertim si talis exceptio dominij seu proprietatis,  
aut eius questio, in juditium fuerit deduxta per ipsum co-  
lonum seu condicorem, & locator contestatus sit, ac statim  
exceptioni non contradicit, Menoch. de recuperand. posses.  
remed. I. num. 163. & 166. Sperel. decis. 100. num. 12. tom. I.  
Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. defi. 10. & in alleg.  
num. 3. Ut omnia in casu occurrenti, ex quo hæc pars dicti  
Sabater vti legitimi successoris ac domini memorati juris  
tuendi præsentem introduxit litem die 23. Maij 1711. pe-  
tendo

tendo tam in supplicatione introductoria, quam suis in articulis condemnari adversarium Fons ad sibi firmandum dictum retrovenditionis instrumentum domus & hereditatis Mansi Parellada, & in sedula comparationis ipsius Fons obliqua 8. Junij eiusdem anni, qua fuit ab eo lis contestata, Nob. de Amigant ad Peguera rub. ii. de litis contestatione, sub num. 2. & num. 7. Cancer part. 3. cap. 16. num. 11. & 12. Fontan. decis. 273. 274. & 499. num. 9. non contradixit relatae exceptioni dominij seu proprietatis, nec ullum verbum fecit de dicta praetensa manutentione seu possessione, neque minus in ceteris subsequutis sedulis ab ipso Fons oblatis sub diebus 24. Septembris, 5. 13. & 31. Octobris eiusdem anni 1711. nisi die 9. Decembris sequentis, & 18 Januarij currentis anni 1712. qui cum eius supplicatione & articulis intentavit & respective articulavit praetensem voluntarium summarissimum, & conseqüenter etiam in statu quo jam tempora probatoria & instructoria petitorij erant elapsa, Nob. de Amigant ad Peguera rub. 14. de dilationibus, num. 4. sub num. 128. & per tot.

33 Versari nos praesenti in casu super exceptione dominij seu proprietatis plene probata, liquida, clara, manifesta, & notoria est luce clarissimus, cum ex desuper justificatis in nu. 7. satis constat, hanc partem de Sabater successisse praefato juri luendi & quitandi relati Mansi Parellada eiusque terrarum & pertinentiarum per medium legitimae personae, ac prachalendati instrumenti donationis & cessionis sibi factae contemplatione sui matrimonij, cum Lucia eius uxore, & pro illius totali effectuatione, quod ex sui natura facit probationem liquidam, claram, manifestam, & notoriam, ut preter Bonden. Ramon. Fontan. Tristany, & Vilaplana in ipso nu. 7. laudatos, inquiunt in eisdem terminis probationis dominij, & casus controversi Cancer part. I. cap. 18. n. 32. circa medium, Rota post Pacific. de salvian. decis. 157. nu. 8. 9. & 10. Post. de manuten. observatio. 42. num. 153. & 154.

34 Deinde, quod pariter ex iustissima æquitate (quæ in Supremo Senatu prœoculis semper haberi solet, Caluin.

de aequit. lib. i. cap. 4. num. 17. & cap. 30. num. 59. Valanz.  
consil. 163. num. 134. & consil. 165. à num. 79. & seq. tom. 2.  
Rota Merlin. decis. 648. num. 5. tom. 2. Gratian. discept. for-  
rense. cap. 728. num. 19. tom. 4. Bonden. colluct. legal. 27. nu. 119.  
120. & 121. & colluct. 29. num. 357. tom. 2. Ramon consil. 50.  
num. 20. in fine) repelli omnino debeat dicta allegata ma-  
numentio seu possessio Mansi Parellada, per adversam de  
Fons prætensa, non obstante ipsa l. si quis conductionis, Cod.  
Locat. indubium est.

35 In primis, quia ut supra vidimus adversarius Fons  
sine iusta & legitima causa recusavit, prout hodie etiam  
pertinaciter recusat, firmare dictam retrovenditionem Mansi  
Parellada, in favorem istius partis de Sabater, ut tenebatur  
ac debet, tam vigore solius dicti pacti expressi, in instru-  
mento ipsius gratiæ redemptivæ contenti, quam de jure,  
Fontan. decis. 539. num. 11. & 12. Nob. de Tristany decis. 61.  
num. 22. & fol. 644. col. 2. vers. constat in viam iuris,  
&c. cum Senatu, tom. 2. Et certissimum est, quod si dicta  
prætensa manumentio Mansi Parellada concederetur prehabili-  
to Fons impediretur (vel saltem deferri deberet) effectus  
executionis & observantiae dicti pacti, contra jus & æquita-  
tatem; cum nulla sit major æquitas & justitia in contra-  
ctibus quam eorum pacta servare, & nulla major iniquitas  
& iniustitia quam illis contravenire, Cyriac. controvers. 240.  
num. 34. & controvers. 239. num. 12. 13. & 14. tom. 2. Rota Mer-  
lin. decis. 499. num. 1. tom. 1. Bonden. colluct. legal. 45. nu. 17.  
tom. 1. Valanz. consil. 2. à num. 54. tom. 1. Surd. consil. 183.  
num. 11. tom. 2. Barbosa tract. var. axioma 173. num. 1. & 2.  
Vbi quod illa constitutio, Pacta servabo, ab ore Dei pro-  
cessit. Ac cum dolo vero; cum verus dolus in eo dicatur  
esse, qui non facit id, ad quod de jure est obligatus, Ca-  
stillo decis. 22. num. 7. tom. 1. Becc. concil. 106. nu. 14. tom. 1.  
Menoch. consil. 98. num. 30. tom. 1. Et de præsumpt. lib. 3. pres. 55.  
nu. 10. Mascard. de probatio. conclus. 531. num. 84. tom. 1. Surd.  
consil. 12. num. 69. & consil. 150. num. 132. tom. 1. idem Mc-  
noch. de arbitr. judic. lib. 2. cent. 3. casu 208. num. 35. Barbosa  
tract. var. axioma 76. à n. 1. Bonden. colluct. legal. 7. n. 52. tom. 1.

Secun-

36 Secundo, nam ex desuper justificatis satis constat de facti veritate articuli controversi, ac de justitia clara huius partis de Sabater, quo ad dictam retrovenditionem Mansi Parellada ab eo petitam, & de insubstantia manutentionis seu possessionis illius per adversarium Fons prætensis, cum relata circumstantia quod processus iam invenitur quasi in puncto denunciandi, & isto in casu, quando scilicet ex actis & meritis causæ constat de facti veritate, & de clara justitia partis, debet sine dubio etiam ex æquitate statim super eius petitione audiri ac pronuntiari, & adversarium à sua repelli, pro evitandis infructuosis & inutilibus circuitibus, cum istos evitari mandet *l. cum fundus, S. servum, ff. si cert. peta.* ibi: *Ex æquitate, causa evitandi circuitus, datur condicō ei, cum quo negotium non est gestum,* &c. Cancer part. I. cap. 8. num. 68. *toto,* & part. 2. cap. 3. num. 57. Fontan. *decis. 71. num. 21. & 22.* & *decis. 561. num. 8.* & Melius claus. 6. glos. 1. part. 1. num. 32. Cardinal. de Luca de donatio. *discurs. 45. num. 13. tom. 7.* Amato part. I. *resol. 58. sub. num. 9.* Barbosa tract. var. *axioma 43. à num. 1. & seq.* Carleval de judic. lib. 1. tit. 2. *disput. 8. num. 5.* Presertim in Supremis Senatus, Rosa consult. 32. num. 28. *in fine,* Franch. *decis. 173. in fine, vers. discussis predictis,* &c. Giurba *decis. 79. num. 12.* Bonden. *colluct. legal. 49. num. 101. tom. 2.* Cancer part. I. cap. 8. sub num. 68. *vers. Senatus tamen noster,* &c. Fontan. *decis. 71. num. 22.* Et in terminis possessorij summarissimi Nob. de Tristany *decis. 30. num. 84. tom. 1.* Argel de legit. contradic. *quest. 9. art. 4. num. 90. & 91.* Et in propriissimis contentiosi casus Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locat. *eadem defi. 12. circa medium,* ibi: *Si non adeo in promptu doceas de jure tuo, ut nihil à me in contrarium obici possit. Tunc enim circuitus evitandi causa equissimum est, de tua quoque petitione de qua cognitum sit statim pronuntiari,* &c.

37 Ac non admittendi dolosam & calumniosam petitio-  
nem, ut sine dubio admitti deberet si dicta manutentio  
Mansi Parellada concederetur adversario Fons ut prætendit,  
ex quo in vna manu caperet ille ipsum Mansum, & ex alia

statim cum restituere teneretur huic parti de Sabater, cum dolo petatur id, quod statim restitui debet, ut expresse catur in l. dolo facit, ff. de dol. except. & in cap. dolo facis de reg. jur. in 6. Et notissimi juris est, quod huiusmodi dolii & calumniæ exceptio ( quod sine malo animo fieri nequit ) locum sibi vendicat etiam in possessotij summarissimi seu manutentionis juditio, signanter in casu occurrenti, Cancer part. I. cap. 18. num. 32. in fine, vers. Est quæ prædictorum ratio, &c. Nob. de Tristany decis. 30. sub. num. 84. tom. I. Pacific. de salvian. inspect. I. cap. 4. num. 25. Surd. decis. 333. num. 7. Peregrin. de fideicom. art. 46. num. 35. & art. 48. à num. 42. & num. 47. & ibi Censal fol. 302. Argel. de legit. contradict. quest. 7. num. 114. quest. 9. num. 90. & 91. quest. 10. num. 138. & 139. & quest. 18. num. 17. 18. & 19. Bonden. colluct. legal. 2. num. 65. & seq. tom. 2.

38 Tertio, quia si locus daretur dictæ manutentioni Mansi Parellada in favorem adversarij fons, haberet & lucraret ipse Fons eundem Mansum cum suis terris & pertinentijs, ac eius possessionem, & simul memoratum suum legitimum pretium, nec non penes se retineret dictas 1161 H 15 & ab eo debitam huic parti de Sabater, ratione valoris plene justificati præfatarum deteriorationum domus & hereditatis eiusdem Mansi Parellada ( & adhuc ultra valorem aliarum ) etiam adversus omnem æquitatem, cum æquitas non patitur, ut quis fruatur re, & simul pretio, ad text. in l. curabit, Cod. de actio. empt. & l. 2. Cod. de cursur. Fontan. decis. 73. nu. 7. Nob. de Tristany decis. 19. num. 48. in fine, tom. I. Surd. consil. 101. num. 19. tom. I. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 33. de actio. empt. defi. 15. Ex quo foret locupletari cum jactura & detimento ipsius Sabater, contra eandem æquitatem, ac jus divinum, naturale, & humanum ut sanctitur in l. jure naturæ, ff. de reg. jur ibi: *Iure naturæ equum est, neminem cum alterius detimento fieri locupletiorem*, &c. D. Ambrosius lib. 3. offic. cap. 4. ibi: *Naturam violat, qui alteri nocet, & alteri nocere est alienum retinere, vel appetere, quid tam aduersus naturam, quam non esse contentum eo, quod habeas, aliena querere* &c. Et lib. I. cap. 28. ibi: *Quomodo enim potest*

potest iustus esse, qui studet eripere alteri, quod sibi querat, &c.  
 Bonden. collect. legal. 47. num. 14. tom. 2. Gratian. decis. 85.  
 num. 13. & decis. 164. num. 11. Valanz. consil. 83. num. 155.  
 tom. 1. Nob. Regens de Cortiada decis. 221. n. 2. tom. 4. Cancer  
 part. 2. cap. 1. num. 164. & 165. Fontan. decis. 73. num. 7. & 8.  
 an 39 Vnde evidentissime sequitur (ultra dictam aequitatem)  
 quod cum dolus, & calumnia nemini patrocinari &  
 indulgeri debeat, nec ei prodesse vñquam valet, non poter-  
 rat nec queat adversarius Fons, ratione ipsius doli & ca-  
 lumniæ, commodum dictæ manutentionis Mansi Parellada in  
 sui favorem consequi, per tex. in l. is qui dolo, ff. de rei ven-  
 dic. & cap. intellectimus 7. de judic. Fontan. decis. 195. nu. 7.  
 Nob. de Vilaplana de Brachio Militari cap. 6. nu. 123. & 124.  
 Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 14. de probatio. & presumptio. de-  
 f. 54. in alleg. num. 3. & 8. & tit. 15. de testib. def. 33. in  
 alleg. num. 19. Menoch. de recuper. posses. remed. 12. num. 10.  
 Barbosa tract. var. axioma 76. num. 5. axioma 102. à num. 1. &  
 axioma 143. à num. 1. Gobius consult. 23. num. 36. Bonden.  
 collect. legal. 6. à num. 18. & collect. 26. num. 38. tom. 1. & col-  
 lect. 21. n. 34. tom. 2. cum multis, ubi quod dolus, fraus, calumnia,  
 machinatio, & malitia germanizantur, Pulchrius in terminis Sa-  
 gismund. Scaccia de sent. & re jud. glos. 14. quest. 19. à nu. 98.  
 ibi: Secundus casus est oppositus, quando petens manuteneri, non  
 docet de sua possessione, aut si docet, constat eius possessionem esse  
 furtivam, injusiam, seu aliter vitiosam, & ideo non manutent-  
 bilem, & consequenter appareat, quod eam petit calumniosè, &  
 è converso adversarius docet notorie de suo bono iure, de domi-  
 nio, & proprietate: & isto casu indubitanter concludendum est,  
 quod judex non potest dare mandatum de manutentione, quia si  
 daret, notoriam faceret injustitiam, viam calumnijs patefaceret,  
 & temerarios moveret litigatores, &c. Quem refert & sequu-  
 tus fuit Post. de manuten. observatio. 42. à num. 150. ibi: Nec  
 lex intendit cueri vitiosum possessorem, Person. de adipisc. sub  
 num. 259. Valasc. decis. 79. num. 19. tom. 1. Alias, si quis in  
 possessione etiam iusta defendetur, daretur occasio delinquendi,  
 Cancer d. cap. 14. num. 56. viam calumnijs pateficeret, temerarij fo-  
 verentur litigatores, & notoria fieret injustitia, Scacc. de sent. & re  
 jud. glos. 14. quest. 19. n. 98 &c. At

40 Arqueita, liquet ex his omnibus à nu. 34. hucvs-  
que stabilitis, quod etiam ex dicta justificata æquitate, su-  
per naturali ratione fundata, silere debet memorata l. si quis  
conductionis, Cod. locat. & eius rigor in casu occurrenti, &  
consequenter quod illius vigore debet similiter omnino re-  
pelli dicta manutentio Mansi parellada per adversarium Fons  
prætensa; cum sit tantę efficacię ac potentię huiusmodi æqui-  
tas, quod non solum ubi illa subest licitum sit inducere fallen-  
tiā legi, ut nempe contra casum æquitate fulcitum con-  
ticescat, locum quę non habeat, Glos. in Auth. ut sine pro-  
hib. verb. existimamus, Caluin. de æquit. lib. I. cap. 15. nn. 19.  
& cap. 95. num. 38. Cardinal. Tuscus præt. conclus. lit. E. con-  
clus. 311. num. 27. Bonden. collect. legal. 27. num. 119. & 120.  
tom. 2. verum etiam quia ipsa æquitas, licet scripta non  
fuisse, sine dubio preferri debet rigori juris scripti,  
ex l. placuit, Cod. de judic. ibi: Placuit in omnibus rebus præ-  
cipuum esse æquitatis, quam stricti juris rationem, &c. Xam-  
mar rerum judicatar. part. 2. defi. 136. à num. 9. ad finem, Fon-  
tan. claus. 6. glos. I. part. I. num. 32. & decis. 177. num. 10. &  
II. Ramon consil. 50. num. 20. in fine, Girond. de Gabellis  
part. 12. de fraud. & simulationib. gabellar. num. 23. Faber in  
suo Cod. lib. 4. tit. 15. defi. 33. vers. & Senatus, &c. & in  
alleg. num. 16. Valanz. consil. 164. num. 79. 80. & 81. tom. 2.  
Bonden. collect. legal. 49. num. 78. & 79. tom. 1. Marta de ju-  
risdictione, part. 4. centur. 2. casu 162. toto, & signanter nu. 10.  
II. & 12. ibi: Ex quo sequitur æquitatem naturali ratione fun-  
datam, eandem habere firmitatem, quam æquitatem iure scrip-  
tam, & propterea eam ipsam iuri scripto preferendam: quam  
conclusionem ita probavimus, ut ostenderemus judicem secularem,  
semper æquitatem iuris canonici naturali ratione fundatam am-  
pliceti debere, etiam contra iuris civilis expressi rigurosi dispo-  
sitionem: quod & in aliquibus casibus fuisse à DD. diffinitum  
legimus, ut in casu exceptionis non numeratæ pecuniae, opponen-  
de post biennium, assumpto onere probandi veritatem probavimus  
in præcedenti casu. Item in casu prescriptionis cum mala fide,  
ut concludunt DD. omnes in cap. final. de præscript. Item in ca-  
su cap. cum haberet de eo qui dux. in matrim. quam poll. per

adulter. cuius dispositio licet sit contra expressam dispositionem iuris civilis in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. nihilominus quia dispositio D. cap. cum haberet, est fundata super ratione naturali, de aequitate observatur etiam in iuris Imperij, & sic contra expressum rigorem iuris civilis, ita probant afflct. in constitut. regni, incip. quam plurimum, Nam 24. Ius. in cons. 26. num. 13. & seq. vol. 1. qui attestatur hanc esse communem opinionem. Dec. in consil. 611. num. 5. & in C. Ecclesia Sancte Mariæ num. 30. de constitutionib. & in C. Clerici num. 2. de iud. Ruin. in consil. 98. num. 2. vol. 3. cum alijs per Rolandum in consil. 74. vol. 1. atque per Gabriel. in tit. de alimento, conclus. 1. num. 1. Ex quibus clare patet judicem secularem debere admittere exceptionem ex aequitate canonica procedentem super naturali ratione fundatam, non solum ex probatione conclusionis generaliter, sed ex decisione atque inductione aliquorum casum similium, &c.

41 Casu autem negato quod predicta non essent sat ad totalem repulsam prehabite manutentionis seu possessionis Mansi Parellada, per adversarium Fons pretensæ, pro ut omni cum effectu sunt ( tam de jure, quam ex justissima aequitate, ut plenè justificatum restat) ad minus innegabile foret quod ipsa allegata manutentio seu possessio non esset valde turbida, intricata, & difficultatibus plena. Et juris enucleati est quod talis possessio prodesse ei non poterat modo villo pro dicta manutentione obtainenda, Post. de manuten. observatio. 49. à num. 1. Gratian. discept. forens. cap. 450. n. 4. tom. 3. Cyriac. controvers. 10. num. 61. tom. 1. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 22. num. 21. Rota coram Mantica decis. 95. num. 10. & coram Burat. decis. 876. num. 7. Sed remiti illius cognitio deberet ad petitorium, cum eo cumulari, & simul ibidem vnica Sententia terminari, Argel. de legit. contradict. quest. 2. à num. 47. fol. 14. Rota apud Postium de manuten. decis. 187. à num. 1. decis. 611. num. 4. & decis. 670. num. 40. eadem Rota decis. 557. tom. 2. recent. Farinac. qui pluries sic decisum testantur, maxime constito, pro ut praesenti in casu constat, de justitia clara istius partis de Sabater in petitorio, cum hoc in casu petitorium absorbet possessorium, Post. de manuten. observatio. 42. sub num. 139. & num. 149. Bonden. colluct. legal.

CEP  
tom. 2. in appendice ad collect. 38. num. 215. & 219. Rota de-  
cis. 421. num. 38. part. 18. tom. 2. recent.

42 Quare in favorem huius partis Joannis Pauli Sabater declarari speratur, modo & forma desuper in num. 1. petitis. Salvo semper indefectibili Sacri supremi Regij Senatus, ac literatissimi Nob. Relatoris, censura.

## De Torras V. J. D.

Quare in favorem huius partis Joannis Pauli Sabater declarari speratur, modo & forma desuper in num. 1. petitis. Salvo semper indefectibili Sacri supremi Regij Senatus, ac literatissimi Nob. Relatoris, censura.

Quare in favorem huius partis Joannis Pauli Sabater declarari speratur, modo & forma desuper in num. 1. petitis. Salvo semper indefectibili Sacri supremi Regij Senatus, ac literatissimi Nob. Relatoris, censura.